Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 319
Quelle:
Copyright:

reuelationem. Unde patet quia imminente paſſione hanc ſcripſit epiſtolam, cum multo ante iacobus migrauerit ad dominum. Neque uero epiſtolas eius conueniebat ab inuicem ſeparari, quas hisdem ſcripſit eccleſiis. Porro iohannes multo poſt tempore ſuas epiſtolas ſimul et euangelium ſcripſit. quando poſt occiſionem domiciani reuerſus de exilio turbatam ſe abſente per hereticos repperit eccleſiam, quos in ſuis epiſtolis percutiens ſepe cognominat antichriſtos. Explicit Prologus. Ipſam porro etiam Expoſitionem e Codice perfici poſſe, vel *Verſus I. Jacobi* argumento ſit; ubi enim Edita habent: *ne infructuoſi, ſive etiam damnabiles ab iis, qui fidei ſacramenta percepiſſent, reddantur*, multo rectius Noſter: *ne infructuoſum ſibi, immo etiam damnabile, quod fidei ſacramenta percepiſſent*, (reddatur) *reddantur*. Sermo nempe eſt de Chriſtianis male viventibus. Et mox, ubi in Editis: *ultio coeleſtis — percellat*, Codex addit: *irruens*. Abrumpitur autem, quod dolendum, ad I. *Joh. c. 2. v. 13.* in his verbis: *et ętas ſenectutis uita immaculata.*

IX. Scriptor, cujus nomen etiam alia manus ad calcem ſignavit; ita enim finit: *et in gratia terminum poneret. Explicit Gloſa Amen. Haymon ſuper apocalipſim.* Saepius a me relatum, typisque excuſum Opus.

II. *fol.* 124. absque inſcriptione ſubit Inſtitutio moralis de uſu et adminiſtratione VII. Sacramentorum, ſic quidem ordiens: *In tractatu de penitentia. que vnum eſt ſacramentum. de alijs tribus diximus ſacramentis videlicet de baptiſmo ordine et euchariſtia. Reſtant adhuc alia tria. videlicet matrimonium confirmatio extrema vnctio* &c. Vide ὑστερον προτερον; *fol.* enim 129. pertractato *Matrimonio* primum ſequitur: *Sunt autem VII. ſacramenta in eccleſia dei Baptiſmus euchariſtia* &c. Sed ne id quidem verum Libelli principium eſſe videtur. Transpoſitionis hujus cauſſam juxta et autorem ignoro. Nam non eſt *Thomas Aquin.* Ad calcem legitur: *Anno domini mileſimo CCCLXXXVI°. in die ſancti ſymonis et iude &c. gratias ago Domino Deo omnipotenti Amen.* Tum *Regiſtrum*, quod partium μεταθεσιν exacte ſequitur.

CCXVIII.

U. 162 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. 164. f. per duas columnas nitide ſcriptus et rubricis diſtinctus exhibet: I. Expoſitionem ἀνεπιγραφον in D. *Johannis Apocalypſin*, cujus Prologus infit: *Legimus in eccleſiaſtica hyſtoria beatum Johannem* &c. Unde proditur *Haymo* Ep. *Halberſtad.* Sec.

CCXIX.

R. 57 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 120. f. luculento charactere exaratus, rubricis diſtinctus, et, ut p. 1. notatur, olim *Monachorum Congregationis S. Juſtine de padua deputatus Monaſterio S. Seuerini de Neapoli*, litera unciali inſcribitur: *Incipit Expoſi-*